



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Introductio scripturar[u]m, ex q[ui]bus elucescit, q[uam] arcta sit via
salutis 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

lia, & prope nulla efficit amor. Multo ergo certius, felicius, atque virilius ad veram beatitudinem obtinendam in nobis faciat charitas: quod in illis ad miseriam facit cupiditas. Facile toleretur à nobis quælibet aduersitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur. Non enim sunt condignæ paffiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, vt dicit Apostolus. Non torpenti aut tepida mente, sed vere feruenti ministremus Deo altissimo, ne ipse nobis improperet illud Apocalyp. Scio opera tua, quia nec calidus es nec frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo.

Prover. 8.

Apoc. 3.

*Introductio scripturarum, ex quibus
elucescit, quam arcta sit via salu-
ris. Articulus VI.*

Luc. 10.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Hoc Dei mandatū omnium mandatorum finis est, ratio, atque

DE ARCTA VIA SAL. 280

atque perfectio. Ad cuius perfectam
impletionem, quantum in hoc statu
possibile est, non solum cætera vni-
uersa mandata: sed cuncta quoq; Chri-
sti euangelica ordinantur consilia.
Porro mandatum hoc non nisi in pa-
tria omnino plenarie adimpletur. A
religiosis vero quodammodo perfecte
impletur, eo quod omnia illa quæ di-
uinæ dilectionis affectum impediunt,
abnegent & relinquunt: quatenus soli
Deo iuxta professionis suæ tenorem
intenti sint. Ab omni demum viatore
in tantum necesse est ipsum impleri,
quatenus nihil contra aut supra Deū
diligat, in nullo nisi in Deo finaliter
conquiescat. Nunc autem de arcta via
salutis dicta sunt plurima, patuitque
viam hanc esse diuinæ legis, seu præce-
ptorum ac documētorum Christi cu-
stodiam. Nūc ergo paulisper pensan-
dum est, quæ nam sint ardua ista Chri-
sti præcepta ac documenta, propter
quorum difficultatem ipsemet Chri-
stus differuit, viam quæ ducit ad vitā,
esse tam arctam, portamque angustā:
spaciosam vero viā, quæ ducit ad mor-
tem & mortem æternam. Ecce salua-
tor ait. Audistis quia dictum est anti-
quis:

Matth. 7.

Matt. 5.

quis: Non occides. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, id est vocem indignationis, aut vituperationis emiseric: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis, videlicet damnationis æternæ. Nonne arctum & metuendum est verbū hoc?

Marc. 12.

Insuper ait: Audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis. Ego autem dico vobis, non iurate omnino. Sit autem sermo vester, est, est: non, non. Hinc & Iacob. in sua ait epistola: Ante omnia fratres nolite iurare.

Iacob. 5.

Iterum ait Salua. Ego dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et qui voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & palliū. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos & orate pro persecuentibus & calumniantibus vobis. Quid difficilius isto? Quemadmodum enim amicum diligere naturalissimum facillimumque consistit, sic inimicum amare difficillimum est, secundum Hieronymum: & tamen necessarium est.

Matt. 5.

Hieron.

Hieron.

est sal
odit
get, s
sit in
uator
pecca
dim
thesa
in cra
non
veni
veni
Ven
suo,
socr
plus
qui r
tur n
ccelo
piun
quod
de e
vult
sum
& se
nim
eam
sua
per

est saluti. Imo qui vnum hominem odit, nullum vere ac spiritualiter diligit, sed nec seipsum, nec Deum: cum sit in peccato mortali. Insuper ait saluator: Si non dimiseritis hominibus peccata, nec pater vester coelestis dimittet vobis peccata vestra. Nolite thesaurizare in terra. Nolite solliciti in craftinum. Nolite iudicare, vt non iudicemini. Nolite putare quod veni pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare filium à patre suo, & filiam à matre, & nurum à socru. Qui amat patrem vel matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me: non est me dignus. Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere: perdet eam, Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam, Vae illi per quem scandalum venit. Qui autem

scand-

Matt. 6.

Matt. 7.

Matt. 10.

Luc. 12.

Matt. 10.

Luc. 14.

Matt. 11.

Matt. 12.

Luc. 9.

Matt. 18.

scandalizauerit vnum de pusillis cre-
dentibus, expedit ei vt suspendatu
mola asinaria in collo eius, & demer-
gatur in profundum maris. Nisi
conuersi fueritis, & efficiamini sicut
paruuli, non intrabis in regnum coe-
lorum, Facilius est camelum per fora-
men acus transire, quam diuitem in-
trare in regnum coelorum. Quicumq;
voluerit inter vos maior esse, sit vester
minister. Væ vobis diuitibus, qui ha-
betis nunc consolationem vestram,
Væ vobis qui saturati estis, quia esu-
rietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia
lugebitis & flebitis. Væ quum bene-
dixerint vobis homines omnes. Quid
vides festucam in oculo fratris tui,
trabem autem in oculo tuo non con-
sideras? Dixit autem Iesus ad quendam:
Sequere me. Qui ait: Domine permit-
te mihi primum ire & sepelire patrem
meum. Dixitque illi Iesus, Permitte
mortuos sepelire mortuos suos. No-
lite temere eos qui corpus occidunt,
animam autem non possunt occidere.
Sed cum timete, qui potestatem habet
corpus & animam mittere in gehem-
nam. Stulte hac nocte animam tuam
repetent à te. Quæ autem parasti, cuius

*Luc. 18.**Matth. 20.**Luc. 6.**Matth. 8.**Matt. 10.*

DE A
ius eru
zat, & n
quæ po
nisi pœ
mul per
operari
dium a
tuos, ne
neq; vi
uient,
facis co
tes, clau
quis ve
saum, &
& frat
nimam
scipulu
bus qu
se disci
est. abo
fecerit
vobis,
quod d
nis qui
se hum
grauer
brietat
aduer
re ang

iuserunt? Sic est omnis qui thesauri- *Luc. 12.*
 zat, & non est in Deo diues. Vendite
 quæ possidetis, & date eleemosynam,
 nisi pœnitentiam egeritis, omnes si *Luc. 13.*
 mul peribitis. Discedite à me omnes
 operarij iniquitatis. Quum facis præ-
 dium aut cœnam, noli vocare amicos
 tuos, neque fratres, neque cognatos,
 neq; vicinos diuites, ne forte te rein-
 uitent, & fiat tibi retributio. Sed quū *Luc. 14.*
 facis conuiuium, voca pauperes, debi-
 les, claudos & cæcos, & beatus eris. Si
 quis venit ad me, & non odit patrem
 suum, & matrem, & uxorem, & filios,
 & fratres suos, & sorores, adhuc & a-
 nimam suam, non potest meus esse di-
 scipulus. Et qui non renunciat omni-
 bus quæ possidet, non potest meus es-
 se discipulus. Quod hominibus altum *Luc. 16. 17.*
 est abominatio est apud Deum. Quū *18.*
 feceritis omnia quæ præcepta sunt
 vobis, dicite: Serui inutiles sumus,
 quod debuimus facere, fecimus. Om-
 nis qui se exaltat, humiliabitur, & q
 se humiliat, exaltabitur. Videte ne *Luc. 21.*
 grauentur corda vestra crapula & e-
 brietate, aut curis seculi huius. Ex his
 aduertere potes charissime, quam ve-
 re angusta & arcta sit via salutis. Ve-
 runtamen

runtamen eorā quæ dicta sunt, quædā
 pertinet ad præcepta, & ad illa omnes
 tenentur. Alia ad consilia, ad quæ re-
 ligionem professi sunt obligati. Præ-
 terea ex alijs scripturis idē ostenditur.
 Dicit enim Apost. Qui autem sunt
 Christi, carnem suam crucifixerunt
 cum vitijs & concupiscentijs. Ergo
 qui vitia & concupiscentias nō extin-
 guunt, nec corpus suum castigant, ad
 Christum non pertinent. Rursus: Vi-
 dua, inquit, quæ in delitijs viuit, viues
 mortua est. & uiuens quidem vita natu-
 ræ, mortua est morte culpæ. Si ergo
 delitiose viuere, peccatum mortale est
 viduis quanto magis clericis, mona-
 chis atque canonicis? Ad idem pos-
 sent alia multa adduci, sed ista suffi-
 ciant. Quæ quidem idcirco commemo-
 rari, vt ad timorem Dei, ad cordis
 custodiā, ad diuinæ scripturæ diligen-
 tiorē aduertentiam te inducam: ne
 tibi de diuina misericordia inaniter
 blandiaris, neque de his qui spatio sam-
 viam ambulant, conformeris. Quia,
 vt ait Apost. si Christo compatimur,
 & conregnabimus. Si sustinemus, si-
 mul cum illo viuemus. Nonne iuxta
 Apost. Per multas tribulationes oportet

*Gal. 5.**1. Tim. 5.**2. Tim. 2.**1. Cor. 14.*

tet nos
 verum
 quod a
 volunt
 ti: volu
 lunt in
 que trib
 quam c
 uis Ch
 tribula
 Christi

Quom
 est vi
 C



discite
 milis
 ue est,
 tus est
 Porro
 non es

tet nos intrare in regnum Dei & Sed
verum est, non tamen verificetur in te
quod ait Bernardus: Domine, multi
volunt tecum regnare, sed non cōpa-
ti: volunt consequi, sed non sequi: vo-
lunt inuenire, sed non quærere. Ita-
que tribulationes pati non terreamur,
quum dicit Hieronymus: Nullus ser-
uus Christi est sine tribulatione. Si
tribulationem non pateris, nondum
Christianus esse coepisti.

*Quomodo, non obstante quod arcta
est via salutis, nihilominus iugum
Christi suauē est. & onus eius
leue. Artic. VII.*

Menite ad me omnes qui la *Matt. 11.*
boratis & onerati estis, &
ego reficiam vos. Tollite
iugum meum super vos, &
discite à me, quia mitis sum & hu-
milis corde. Iugum enim meum sua-
uē est, & onus meum leue. Loquu-
tus est Christus verba hæc de seipso.
Porro iugū CHRISTI aliud prorsus
non est, nisi euāgelica lex seu diuino-
rum